



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

Appendix ad cap. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699

excusatur à Præcepto, cum non adest
 qui ritè possit ministrare. Et hoc vide-
 tur approbare Ecclesiæ cōsuetudo op-
 tima Legum Interpres. Nec refert
 quod Communio sit de jure tunc divi-
 no, jejunium de Ecclesiastico: nam e-
 tiam celebrare cum vestibus sacris est
 juris Ecclesiastici, & tamen non ad-
 mitterent Theologi licere tunc cele-
 brare sine sacris vestibus. Potest ergo
 præceptum Ecclesiæ quandoque esse
 universalius quàm divinum, quod ex
 ipsiusmet Ecclesiæ interpretatione
 colligi quandoque potest.

APPENDIX AD CAP. II.

Quæritio quotidiana est: *An liceat
 ante Missam, vel Communionem, su-
 mere Tabacum, sive per modum fumæ, sive
 per modum pulveris, sive per modum fo-
 lîi, quod masticatur & expuitur, illico?*

Sæpe respondi, id non parum inde-
 cens esse; & ita consuetudinem illam
 planè ablegandam à Sacerdotibus &
 Ministris Altaris, tamquam corrupte-
 lam. Peccati tamen mortalis absolute
 & per se condemnare non ausus fu-
 i.

Qui

TRACTATUS IV. 411

Quia non frangit jejunium Tabaci
 sumptio, nisi quando per os sumitur,
 & in stomachum transmittitur; nem-
 pè tunc per modum cibi sumitur. Et
 licet fumus Tabaci per os sumatur, nõ
 tamen per modum cibi sumitur aut
 potus; nec enim ideò sumitur ut per
 se & ex intentione in stomachum tra-
 jiciatur comedendo vel bibendo,
 quod est propriè per modum potus
 vel cibi sumere; quin potius per nares
 exit. Quod si etiam aliquid ex fumo
 in stomachum recipiatur, ut aliqui di-
 cunt; id tamen magis fit per modum
 respirationis, quàm per actionem quæ
 sit comestio, vel potatio. Sed etiam si
 Tabaco aliquis humor commorea-
 tur in capite qui forsan in stomachum
 potest defluere, non tamen est ma-
 ducatio; ideo strictè, & per se loquen-
 do ordinariè non impedit, tamquam
 frangens jejunium. Nam ad fractio-
 nem jejunii passim duo requirunt Do-
 ctiores, scilicet quod sumatur aliquis
 cibus vel potus, & quidem sumatur
 per actionem, quæ sit manducatio &
 pota-

poratio ; ad quod requiritur quod sit
 trajectio per os in stomachum propria
 actione vitali. Hanc sententiam de Ta-
 baco docet *Dian* expressè, p. 5. t. 13. ref.
 1. & in terminis citans *Alphonsum de*
Leone, Joannem prepositum, alios idem
 sentientes, contra *Antonium de Leone*,
 qui putat frangi jejunium naturale.

Adverte me dixisse, quod absolute &
 per se loquendo non ausim condemnare
 peccati mortalis sumptionem Tabaci an-
 te Missam ob fractionem jejunii. Tamè,
 tum ob periculum illud trajiciendi in
 stomachum, tum ob irreverentiam &
 pravam consuetudinem ministrorum
 Ecclesiæ hac in re, quæ etiam plebeis
 scandalum & malum exemplum in-
 generare solet, in nonnullis Conciliis
 Provincialibus, sive Synodalibus de-
 cretis, id justè prohibetur sub pœna
 gravis peccati, imò sub comminatio-
 ne censurarum; & tunc observanda est
 Sacerdoti Constitutio Episcopi Dicc-
 cesana. Sic gaudeo gravissime id pro-
 hibitum esse in *Dioecesi Tornacensi* in
 Belgio, Synodus etiam Mexicana ter-

tia sic habet lib. 3. tit. 15. *Præcipitur, ne*
Sacerdos ante Missæ celebrationem, aut
quævis alia persona ante Communionem,
quicquam Tabaci per modum fumalis e-
vaporationis, aut quovis modo percipiat
 Synodus etiam Limensis tertia sic ex-
 pressius dicit: *Prohibetur sub reatu*
mortis æternæ Præbyteris celebraturis,
ne Tabaci fumum, seu Tabaci pulverem,
naribus, etiam prætextu medicinæ, ante
Missæ sacrificium sumât. Synodus quo-
 que Episcopatus Canariarum sub pœna
 excommunicationis lata sententia non solùm
 prohibet ante Missam sumi sed etiam vult
 duas horas intercedere à Missa: quod
 quidem aliqui ideo decretum putant,
 quod soleat sumptio Tabaci in illis
 Provinciis vomitum provocare.

Ex quibus omnibus collige, non sa-
 tis tutè quosdam assuevisse sumptioni
 Tabaci ante sacrificium, quolibet
 prætextu; quia apud pios censetur hic
 indecentia, nec quidem levis.

Certè Synodalia illa in diversis Pro-
 vinciiis decreta, rem nõ ita levem esse
 satis declarant, quamvis non obligent

ex se extra illam Provinciam in qua decreta sunt.

Quæstio huic affinis est. *An licet aromata aliqua ori imponere ante Communionem, ad vitandum noxium aërem, utque etiam dentibus conterere, modo de illis nihil deglutiatur? Certè dum contagiosa pestis apud nos gravissimè serperet, & manè ante Missam visitandi essent ægri per agros & hortos sparsi, ut eis provideretur de necessariis Sacramentis, nõ duxi scrupulo theriacâ naribus imponere, ad aërem pestilentem arcendum, & cerebrum confortandum. Ori autem imponere, conscientia duxissem, ob periculum deglutendi aliquid, quod paulatim fieri potest etiam inadvertenter, sed tamen imprudenter. Interim ut quæstioni propositæ respondeam; nonnulli Theologi tradunt licere ori imponere, & dentibus conterere aliquod aromaticum, si modò nil deglutiatur. Addunt & aliqui, cum quis aromaticum quispiam sumit, sed nil ex intentione deglutit, nisi minimum quid per modum*

succi

in qua feci inseparabiliter salivæ admixtū,
 non frangere jejunium naturale, nec
 impediri ab Eucharistia. Ita Tanner:
 Sed puto id periculosum, nec practi-
 candum, nisi valde circumspectè.

Addo & hanc quæstionem. *An liceat
 tempore noxii aëris, aliquantulum po-
 tui aceti, vel alterius liquoris, per na-
 ræ attrahere, ut confortetur caput, licet
 postea transmittatur in stomachū?* Resp
 dubio id licere ex justa causa, si
 nihil deglutiatur. Quod si etiam ali-
 quid trajiciatur in stomachum, putant
 nonnulli Theologi id non impedire
 Communionem, nec frangere jejni-
 um; quia non est hic aliquid sumptum
 per modum cibi aut potus, nec est co-
 mestio aut potatio, quæ ore fieri debet.
 Pro hac sententia vide citatos apud
Uanam p. 5 tract. 13. resol. 1. ubi & me
 cum aliis citat. Sed licet docuerim, &
 putem in rigore non esse hic actionem
 comestionis vel bibitionis, quia illa u-
 traque per os requirit trajectionem;
 tamen in praxi non facile id approba-
 tum, si in stomachum pars liquoris
 succi traji-

trajiciatur per nares attrahendo, quia ab intentione Ecclesiae videtur id alienum, & indecens, sicut de Tabaco per nares attracto etiam dixi, quando ad stomachum descendit. Est enim tunc aliquid simile & æquivalens bibitioni vel comestioni. Et mens videtur Ecclesiae esse, ut ob dignitatem Sacramenti primum illi locum in stomacho præparemus, nihil ab intrinseco in illud immittendo. In casu autem quo me citat Diana, ago de illo qui deglutit sanguinem, aut humorem capite in os defluentem, ubi nihil extrinseco in stomachum injicitur.

suprà Cas. 4. cap. 2 q. 3.

CAPUT III.

De præcepto communionis.

I. **Q**UAERO. *An sit præceptum communicandi in articulo mortis.*

Resp affirmativè, adultos tale præceptum sub peccato mortali obligare, si capaces sint; quamvis dispurent doctores, an tale præceptum sit de jure divino, vel humano. Quidam enim putant non esse de jure divino præceptum